

CXVIII.

P. P. VERGERIO A NICOLÒ DEI LEONARDI^(a).

[B, c. 52; B3, c. 86 b; P, c. 44; Ra, c. 49].

DE ceteris equidem superioribus litteris quod visum est attigi; 5 unum illud restat quod proxime significasti possessiunculam te in Muriano comparasse^(b), leniendi potius sanandique animi causa quam alterius sperande utilitatis; iamque architectis^(c) dare te quotidiana operam, ut sit tibi latibulum^(d) et angustiarum perfugium. 10 Tua vide ne nimis^(e) forsitan delicatus iudicari possis, qui otio tuo ac pacationi tam ex longo provideas. opinor enim in senectutem^(f) ista a te parari, nam nichil minus iuvenem decet quam otium, nihil^(g) magis huic etati convenit quam labor. quod si de leniendo in presens animo cogitas, tunc quando maxime est sudore pulvereque durandus, timeo ne non satis incolumitati eius consulas, 15 cui gravis est morbus torpor; et ad otiandum diverticula querere parum confert, ne dicam multum aufert, ad salutem. an existimas ita fieri animis parum benevolentibus^(h) quemadmodum et corporibus⁽ⁱ⁾, ut prosit loca mutare? ita enim soletis ex arte medici, ut 20 quos egre cernitis convalescere, eos transferri iubeatis; sed « celum « non animum mutant qui trans mare currunt^(j) ». notum carmen, notus et auctor^(k), qui morbos optime novit animorum. tametsi^(l) avocare se a turba et seorsum colligere animum, oculumque mentis in se referre, initium fieri solet proprii morbi cognoscendi;

Siena-Lucca (?)
1407-8 (?)

Già rispose intorno alle altre questioni; non gli rimane quindi che di toccar della casa che l'amico sta edificando a Murano.

Teme che Nicolò non appaia troppo delicato, preparandosi in età così giovane un ritiro per la vecchiaia, laddove non v'è per l'animo morbo più grave di quel che non sia la pigrizia.

O crede egli forse che col luogo si cambi anche l'animo?

Badi piuttosto ad Orazio, medico ottimo di esso animo, che non agli aforismi della faticata.

Certo, il raccoltoamento giova alla diagnosi dell'animo,

(a) B P. P. V. Nicolao de Leonardi physico B^j Ad Nicolaum de Donadis P Elusdem ad Nicolaum de Leonardi physicum Ra senza titolo. (b) B iamque de architectis P iamque te architectis dare te quot. ma espunse il secondo te (c) B^j sit ibi lat. (d) Ra ne nemnis (e) Codd. in senectute (f) P nil (g) P parum convalentibus (h) B quemadmodum et eorum oribus P Ra quemadm. et uxoribus PM c. 116 in marg.: « Forte omnibus. 4^o codex habet corporibus et optime ». (i) B P et notus auctor (k) P Ra tamen etsi

(1) Forse la casa menzionata nel testamento di Girolamo de' Leonardi (cf. la nota all'epist. CXVI): « Item « volo quod domus mea de Murano « vendatur et capitale seu tractus eius

« ponatur ad cameram imprestitorum « a do pro 100 ». Pare che fosse situata nella vicinanza del convento di S. Chiara.

(2) HOR. Epist. I, xi, 27.